Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de illis cui deus fortiorem dederit pugnam.
CXII Et si maiorem pecuniam furatus fuerit hoc est
xii. solidorum ualentem uel amplius. aut equum
tantidem precii uel mancipium. Et si negare uo
luerit cum xii. sacramentalibus iuret. et
lite sua. et duo campiones proinde pugnent.
CXIII Si quis liberum hominem furauerit et uendide
rit. et exinde probatus fuerit reducat eum
et in libertatem restituat. et cum xii. solidis con
ponat eum. in publico uero xl. solidos soluat propter
presumptionem quam fecit. Et si eum reuo
care non potuerit. tunc ipse perdat libertatem
suam pro eo quod con libertum suum seruitio tradi
dit. Si soluere non ualet uueragel paren
tibus et amplius non requiratur. CXIIII.
Fur nocturno tempore captus in furto. dum
res furtiuas secum portat. si fuerit occisus.
nulla ex hoc homicidio querela nascatur.
CXV. Si quis alienum seruum ad furtum sua serit.
aut aliquid damnosum facere in fraude
domini sui ut possit accusare eum. et fraus fue
rit tecta per inuestigationem ducis. domi
nus nec seruum perdat nec aliquid damni
pro compositione faciat. Sed ille cuius con